Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

extra se mentis suae oculum non diuulgauit ;

LECTIO SCI EVANGELII SCDM MARCUM

IN illo tempore. Uenit ad ihm leprosus deprecans eum et genu flexo dixit: Si uis potes me mundare. et rl.

X.

OMELIA VENERABILIS BEDAE PRI DE EADEM LECT.

DE hoc leproso mundato matheus commemorat dicens: Cum autem descendisset de monte secutae sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens: Dne si uis potes me mundare et cetera. Quia dns ac redemptor in carnem non uenit legem soluere sed adimplere. ille qui excludebatur a lege purgari sed dni potestate presumens non ex lege sed supra legem esse gratiam iudicabit quae leprosi maculam posset abluere. Uerum ut in dno potestatis auctoritas ita in illo fidei constantia declaratur. Ille in faciem procidit quod humilitatis est et pudoris ut unus quisque de suae uitae maculis erubescat. Sed confessionem uerecundia non repressit. ostendit uulnus. remedium postulauit. et ipsa religionis et fidei plena confessio est. Si uis inquit potes me mundare. In uoluntate dno tribuit potestatem. De uoluntate dni non quasi pietatis incredulus dubitauit. sed quasi conluuionis suae conscius non presumsit. Ihc autem misertus eius extendit manum suam & tangens eum ait illi. Uolo mundare. Et cum haec dixisset. statim discessit ab eo lepra et mundatus est. Nihil medium est inter opus di atque preceptum. quia in precepto est opus. Denique dixit et facta sunt. Uides igitur quod dubitari non potest. quia uoluntas di potestas est. Si ergo uoluntas eius potestas est. qui unius uoluntatis asserunt. unius utique asserunt potestatis. Itaque quia si potestatem habens sanandi & iubendi auctoritatem ope

randi testimonium non refu
git · Uolo enim dicit · ppter
fotinum · fotinum · imperat · ppter arriū ·
tangit · ppter manicheum ·
Et lex quidem · tangi leprosas pro
hibet · Sed quia dns legis est ·
non obsequitur legi · sed legem
facit · Non ergo ideo tetigit ·
quia sine tactu mundare non
poterat · sed ut probaret quia
subiectus non erat legi nec conta
gium timebat ut homines · Sed
quia contaminari non poterat ·
qui alios liberabat; lepra tactu
dni fugatur · quae solebat con
taminare tangentem · Simulq ·
illud mirabile est · quod eo sana
uit genere · quo fuerat obsecratus ·
Si uis potes me mundare · Uolo
inquit · mundare · habens uo
luntatem · habens etiam pietatis
XII. effectum · Non ergo ut plerique
latinorum putant iungendū
est · et legendum · uolo munda
re · Sed separatim · ut primum
dicit uolo · deinde imperet ·
mundare; Et comminatus
est ei · statimque · eiecit illum &

dicit ei · Uide nemini dixeris ·
Quare precipitur nemini dicere ·
nisi ut doceret non uulganda nrā
beneficia sed premenda · ut non
solum a mercede abstineamus
pecuniae · sed etiam gratiae ·
Sed uade ostende te principi sa
cerdotum · et offer pro emunda
tione tua quae precepit moy
ses in testimonium illis · Osten
dere se sacerdoti iubetur · ut in
tellegeret sacerdos eum non legis
ordine · sed gratia dī supra legē
esse curatum · Offerre autem sa
crificium · ut ostenderet dns
quia legem non solueret sed im
pleret · qui secundum legem
gradiens · supra legem sanaret
eos · quos remedia legis non sana
uerant · Et bene addidit in te
stimonium illis · hoc est si dnō
credant · si impietatis lepra dis
cedat · Quod si quem mouet ·
quomodo dns mosaicum ui
detur adprobare sacrificium ·
cum id non receperit aecclesia ·
meminerit nondum esse cepis
se sacrificium scm̄ scorum quod

corpus eius est. Nondum eni
obtulerat in passione holocaustu
suum. Non autem oportebat
auferri significantia sacrificia.
priusquam illud quod signifi
cabatur confirmatum esset con
testatione apostolorum pre
dicantium & fide credentiu
populorum. Quia uero typi
cę uir iste peccatis languidum
genus humanum designat.
recte non solum leprosus ueru
etiam iuxta euangelium lucę
plenus lepra fuisse describitur.
Omnes enim peccauerunt et
egent gloria di illa scilicet
ut extenta manu saluatoris hoc
est incarnato di uerbo huma
nam contingente naturam
ab erroris prisci uarietate mun
dentur. possintq cum aposto
lis audire. iam uos mundi estis
propter sermonem quem locutus
sum uobis. Et qui diutius ab
hominabiles a populo di erant.
castris secreti iam aliquando
templo reddi et sacerdoti que
ant offerri. illi uidelicet cui dicitur.
tu es sacerdos in aeternum. Audi
entes ab apostolo. templum enim
di scm est quod estis uos. offe
rantq pro emundatione sua
sicut precepit moyses. id est ex
hibeant corpora sua hostiam
uiuentem. scam do placentem.

IN .III. NOCT. NAT. PLURIM
MART. SCDM LUCAM

In illo temp. Dixit ihc disc suis.
Cum audieritis proelia et sediti
ones nolite terreri. Oportet
primum haec fieri. sed non
dum statim finis. et rl.

OMIL. B. GREG. P. DE EAD. L.

Quia longius ab urbe di
gressi sumus ne ad re
uertendum nos tardior
hora ppediat. necesse e ut
expositionem sci euangelii
breuior sermo transcurrat.
Dns ac redemptor nr peritu
ri mundi pcurrentia mala
denuntiat ut eo minus p
turbent uenientia
quo fuerint pscita. Minus
enim iacula feriunt quae
puidentur. Et nos tolera